

se; et post ipsum altare aliam parietem deauratum et deargentatum, similiter longitudine pedum XV et in altitudine pedes 4; et super ipso pariete arcus volutiles de argento; et super ipsos arcus imagines de auro et de argento; et super ipsa corpora peccias 8, quod ego misi \*\*\* et de ipsa fecimus: et in circuitu per cancellos ad ipsa corpora velo maiore unum istoriale ante regias sancti Quirini. Et dedi Mauriano magistro argentum ad facere templos, nescio, aut tres aut quattuor \*\*\* et feci ibi altare unum. Tulit ipsos templos clericus ad ordin \*\*\* Mauriano, et destruxit ipsum altare, et fecit exinde illos templos de sancto Quirino et medium parietem in longitudine de illo altari, quod tulit de ecclesia sancti Pantaleonis de nova Civitate. Et super ipsa corpora misi pecias tres; ante regias S. Marci velum 1; in circuitu altaris quadrabulum 1; super altare similiter capsas, quae venit comparata de Constantinopoli lib. X; ante sepulchrum domini Joannis petiam unam; in oratorio Petri ante corpora altare, et super altare et in oircitu altaris peciam unam. In oratorio ante corpora sancti Quirini tria edificavi altaria, unum in honorem sancti Michaelis, aliud sancti Pauli, tertium sancti Benedicti, et ipsa in circuitu et desuper honorifice coperii; in S. Laurentio blata 1, et desuper macioda unam; ad S. Paulum in circuitu altaris quadrabulum 1, et desuper similiter ad fontes S. Joannis in circuitu quadrabulo unum, et desuper fundalum; in circuitu fontis velum lineum unum. In ecclesia S. Mariae [feci] altare et in circuitu fundato maiore 1, et unum damaschinum, et unum fondatum album, et de [di ad au]randum jam libras XII. Et si Deo placuerit, adimplere cupio, et credo in Deo, et vos nolite dubitare; quod dico, Deo jubente, sic facio. Et coperii ipsam ecclesiam de plumbo de dono sancti imperii et in meo certamine, et stravi ipsam porticum cum lapide usque in plateam publicam. In S. Zenone in circuitu altare, et desuper palchum unum. Ad S. Pancratium similiter. [In] ecclesia S. Agatae, ubi requiescunt 40 et duo martyres, [quae] erat in ruinis posita, et quando impetus maris veniebat, usque ad ipsa corpora ambulabat, sed tanta erat Dei misericordia, quod